



Claus Rønlevs bibliotek



Denne søgbare PDF-fil er downloadet fra min personlige hjemmeside www.ronlev.dk.

Digitaliseret efter aftale med Selskabet for Danmarks Kirkehistorie. PDF-filen er kun til ikke kommercielt brug.

Besøg www.ronlev.dk. Måske er der andre af mine mange tusinde artikler og scannede bøger, der har interesse.

Mange venlige hilsener

Claus Rønlev

KIRKEHISTORISKE SAMLINGER

SJETTE RÆKKE,

UDGIVNE AF

SELSKABET FOR DANMARKS KIRKEHISTORIE

VED

J. OSKAR ANDERSEN,

PROFESSOR, DR. THEOL.

FØRSTE BIND.

KJØBENHAVN.

I KOMMISSION HOS G. E. C. GADS FORLAG.

1933-35.

Ribe Bispekrønike.

Udgivet af **Ellen Jørgensen.**

I Anders Sørensen Vedels Fortegnelse over de Kildeskrifter, der skulde danne Grundlag for hans Arbejde¹⁾, er opført et Manuscript, som han benævner »Chronicon Ripense«, og hvis Indhold skitseres som følger:

»Chronologia rerum Danicarum et quædam de regibus Daniaë.

1. Chronica ecclesiæ Ripensis seu episcopi Daniaë.
 2. De s. Chetillo.
 3. Catalogus regum Daniaë.
 4. De Biornone Costæ ferreæ et
 5. De Rollone.
 6. De s. Nicolao Arhusiensi.
 7. De archiepiscopis Eschillo, Absalone et d. Andrea.
 8. Chronologica quædam ab ann. Domini 1098 ad ann. Domini 1290.
 9. De origine ordinis prædicatorum, quando in Daniam venerint.
 10. Superioris chronologiæ postposita ab ann. Domini 1258 ad ann. Domini 1324«
- etc. etc. i alt 13 Stykker. Dette Manuscript maatte Vedel sammen med meget andet aflevere til Dr. Niels Krag i 1595²⁾, og siden havnede det i Universitetsbiblioteket, hvor de kgl. Historiografers mægtige Materiale gemtes. I Listen

¹⁾ Gl. kgl. Saml. 2438 4^{to} S. 18.

²⁾ I Afleveringsdokumentet hedder det: »Chronicon Ecclesiæ Ripensis. Huor udi findis allehaande gamle Annales om danske Kongers Bedriff oc Riber Stiffts fordom Biscoper oc andet meere«.

over Bibliotekets Haandskrifter, der blev optaget 1662, findes det blandt Manuscripter i Capsa Cypriani ordo III in 4^{to} under no. 23 betegnet som »Veriloquium vetus a Dano et Anglo etc. E 42«¹⁾. Ved Branden 1728 gik det til Grunde, men forinden havde flittige Forskere taget eller ladet tage Afskrifter af Dele af dets Indhold.

Vedel havde ladet en Skriver afskrive nogle Stykker, og selv havde han afskrevet og excerperet andre. De Vedelske Copier træffer vi dels i Gl. kgl. Saml. 2455 4^{to}, dels i Additamenta 114 4^{to}. Gl. kgl. Saml. 2455 4^{to} indeholder Ribearbogen, Ribe Bispekrønike, St. Kelds Legende m. m., skrevne af Skriverhaand, men supplerede af Vedel paa de Punkter, hvor Copisten ikke har kunnet tyde Forlægget, der aabenbart var et sent middelalderligt Manuscript²⁾. Senere havde Stephanius, Bartholin og Arni Magnússon taget Stof, annalistisk Stof, kirkehistorisk Stof³⁾, fra Manuscriptet, som nu gik under Navnet »Veriloquium vetus« og Signaturen E 42. Blandt Arni Magnússons Haandskrifter er en Afskrift fra det 18. Aarhundrede af Ribe Bispekrønike, der siges at stamme »ex vetusto manuscripto chartaceo capsæ Cypriani ord. 3 in 4^{to}. Initium manuscripti: Dan et Angul. Notatur codex Bβ E 42«⁴⁾. Samme Proveniensbetegnelse bærer en anden Afskrift fra det 18. Aarhundrede, der har været i Hans Grams Eje⁵⁾. Vi har med andre Ord 3 Afskrifter af Bispekrøniken, der alle gaar tilbage til samme Manuscript; Afskrifterne fra det 18. Aarhundrede byder som Helhed bedre Text end

1) S. Birket Smith: Om Københavns Universitetsbibliothek før 1728, især dets Haandskriftsamlinger 150.

2) Ellen Jørgensen: Annales Danici 26. Stammer Manuscriptet fra Ribe Domkirke? Indholdet peger i den Retning; Manuscriptets Titel »Chronicon ecclesiæ Ripensis« siger intet, eftersom Vedel gav sine Manuscripter ret vilkaarlige Navne.

3) f. Ex. Beretningen om Sortebrødrenes Komme til Danmark (M. Cl. Gertz: Scriptorum minores II 370).

4) A. M. 1051 4^{to}.

5) Gl. kgl. Saml. 1091 fol.

den Vedelske Copi, men denne spejler paa visse Punkter det middelalderlige Forlæg, der har været ret uordentligt med Marginalnoter og Tilføjelser¹). I det kritiske Apparat vil vi betegne Copien fra Gl. kgl. Saml. 2455 4^{to} som *V* og Afskrifterne fra A M. 1051 4^{to} og Gl. kgl. Saml. 1091 fol. henholdsvis som *M* og *G*.

Ribe Bispekrønike er forfattet i Begyndelsen af det 13. Aarhundrede under Biskop Tues Episcopat eller umiddelbart derefter af en af Domkirkens Mænd. Om hans Kilder er det ikke muligt at udtale sig, — om han har haft en Forgængers Værk at støtte sig til, en Bispeliste af ældre Dato, eller han selv har maattet gøre Arbejdet fra Grunden ved at spørge sig for hos de ældre og ved at forske i Domkirkens Breve. Eet Stykke har han i hvert Fald hentet fra Arkivet, Alexander III.s Bulle, som han indfører i Texten, og som alene paa den Vis er bevaret. Forfatterens Interesse concentrerer sig om Bispevalgene og Domkapitlets Organisation. Paa et Par Steder strejfer Fremstillingen Brydninger, som vi saa meget mere fæster Opmærksomheden ved, som Ytringer af den Art er holdsvis sjældne i Tidens Skrifter. Der er f. Ex. Forfatterens Bemærkning om Biskop Stephan, der ved Bortgivelse af Præbender stod som en Modstander af de Klerke, der havde tjent i Kongens eller Stormændenes Gaarde og haabede paa de høje Herrers Indflydelse²), — og lidt længere fremme Efterretningen om Biskop Olaf, der købte Stormændenes Tilslutning, da han forsøgte at indføre Bispetienden under Bøndernes heftige Modstand. Bemærkelsesværdige er ogsaa Udtalelserne om, at Coelibatsbudet ikke kunde gennemføres, fordi Præsternes Frænder ikke vilde udelukke Folk af deres Slægt fra Arv.

Ribe Bispekrønike i oprindelig Skikkelse standser med

¹) Jfr. Bemærkninger om Ribearbogens Text (Annales Danici 26).

²) Jfr. hans Polemik mod «nobiles extravagantes», ikke-residerende Kanniker af fornem Slægt.

Biskop Tues Død; men i det 16. Aarhundrede blev den bearbejdet og fortsat til Hans Laugesens Tid. Et Manuscript af denne »Catalogus episcoporum Ripensium« ligger endnu den Dag i Dag i Ribe; Randnoter og Tilføjelser — Texten maaske ogsaa — stammer fra Vedels Haand. Det er Grundlaget for Peder Terpagers Udgave af 1708¹⁾.

CRONICA ECCLESIE RIPENSIS INCIPIT SIC UT
COGNOSCAT GENERATIO ALTERA²⁾.

Diluculo crescentis fidei in Dacia talis fuerat status ecclesie Ripensis³⁾. Sanctus Ansgarius, Hamburgensis archiepiscopus, per se et suos doctrinam Evangelicam Danis primitus ministravit⁴⁾. Et Harald Clac primus rex Christianus fuit et apostata conuertitur⁵⁾. Cuius frater Ericus vir catholicus primus in Sleswich ecclesiam fundavit. Post quem Ericus⁶⁾ Barn ecclesiam Ripis construxit. Tunc sacerdos quidam Friseus *Leofdanus*⁷⁾ factus est primus episcopus Ripensis, quem prædicantem⁸⁾ plebs incredula persequitur et amnem transuadentem⁹⁾ iaculis peremerunt. Quo per fideles in cimiterio¹⁰⁾ beatæ Virginis sepulto super eius sepulcrum¹¹⁾ tuguriolum est constructum. Translatus est postea intra parietes ecclesie in parte aquilonali ex opposito chori et longo tempore miraculis coruscavit debitis tunc honoribus exaltatus.

Secundus Ripensis episcopus fuit *Othencarus*, nepos regis Kanuti antiqui. Hic episcopatus¹²⁾ Jutiæ certis limitibus dicitur discreuisse et possessionibus roborasse, obtinuit-

1) Erslev: Kilderne til Danmarks Historie i Middelalderen 23 f. n.

2) ut cogn. gen. altera *kun i V*, hvor Ordene er tilføjede af Vedel.

3) Diluculo *kun i V*. 4) monstravit *V*. 5) conuertitur *G, M, V*; men *i V* indføjet af Vedel. 6) Eric *G, M*. 7) Leofdamus *V*.

8) *cujus prædicationem G, M*. 9) transuadentem *V*, transuadentem *G*.

10) cimiterio *V*. 11) tumulum *V*. 12) Ille episcopus *V*.

que¹⁾ a Kanuto rege, auunculo suo, ut episcopi Ripenses omnia iura regalia infra ciuitatem dimidiata cum rege haberent tribus tamen²⁾ exceptis scilicet XL marcharum exactione³⁾ et wrek et forban. Sed theloneum⁴⁾ equorum postea institutum est et exceptum. Hæredibus autem suis exhæredatis propter collationem factam ecclesiæ procurauit a papa, ut sua semper posteritas Ripensi ecclesiæ præsideret. Quod non diu durauit.

*Cristiernus*⁵⁾ filius Othincari⁶⁾ fuit tertius episcopus Ripensis, de cuius gestis nichil⁷⁾ memorabile reperitur. Post quem filius suus Wal⁸⁾, sic dictus, quia in Francia genitus, a quibusdam electus est, sed a maiori et saniori parte populi quidam extraneus dictus *Jareld* eligitur et consecratur, qui propter regios⁹⁾ sumptus possessiones ecclesiæ alienauit et collecta pecunia clam discessit¹⁰⁾.

Post quem *Thuri* in episcopum est promotus, qui ecclesiam Ripensem primus fundare coepit lapideo tabulatu. Hic in bello Scaniæ, de quo fugit Nicolaus¹¹⁾ rex, interfecto cum multis filio suo Magno, cum aliis tribus episcopis Jutiæ ultimum diem uidit. Post Thuri¹²⁾ *Nothel*, post *Nothel* *Ascerus* ecclesiam Ripensem rexit. De his duobus nichil¹³⁾ dignum memoriæ est relictum.

Octauus episcopus Ripensis fuit *Helias*¹⁴⁾ Flandrensis anno Domini MCXLII, qui propter seditionem factam in Flandria per fratres suos quæsitus ad mortem fugit in Daciam. Et factus primo ecclesiarum ministerialis¹⁵⁾ in signis pulsandis¹⁶⁾. Postea adhærens principibus per eos ad pontificatum sublimatur. Qui propter æmulos multo tempore supra chorum ecclesiæ suæ latitauit. Deinde fecit in defensionem sui multas urbes, quarum uestigia in mansionibus episcopalibus adhuc durant. Tunc ecclesia tantum tres

1) obtinuit quoque V. 2) tantum V. 3) et actione V. 4) theloneum V. 5) Christiernus V. 6) Othencari V. 7) nihil V. 8) Val V. 9) religiosos G, M. 10) decessit V. 11) N. V. 12) Thyri G, M. 13) nil V. 14) Elias V. 15) ministralis V. 16) insignis pulsand. V, in signis pulsando G, M.

habuit sacerdotes scilicet Broderum de sancto Clemente, Sybrandum¹⁾ de sancto Petro, Nicolaum²⁾ de Anstath³⁾. Episcopus igitur Helias⁴⁾ in ecclesia beatæ Virginis fratres sub regulari forma coadunavit assignans mansiones⁵⁾ ad eorum sustentationem, quibus et Brotherum⁶⁾ præfecit⁷⁾ decanum. Quo mortuo fratribus communem uitam secundum⁸⁾ regulam beati Augustini professis Wicardum⁹⁾ priorem constituit. Tunc Eskillus archiepiscopus et Helias¹⁰⁾ episcopus conuenientes communem eisdem uitam statuerunt, hanc¹¹⁾ suis priuilegiis¹²⁾ confirmantes. Wicardo¹³⁾ prædicto ad patriam remeante episcopus proprium filium fecit archidiaconum¹⁴⁾, quem fratres in prælatum elegerunt. Sed plures tandem eius austeritati contradicebant in tantum quod a regulari tramite deuiarent.

Mortuo Helia¹⁵⁾ et sepulto iuxta sanctum Leofdanum factus est episcopus *Radulphus* Anglicus regis Woldemari¹⁶⁾ primi cancellarius¹⁷⁾ anno Domini 1152¹⁸⁾. Cuius consecratio per Eskillum archiepiscopum ad annos quatuor est suspensa propter crimina homicidii et apostatiæ sibi imputata. Tandem data quadam mansione monachis apud Løghum quarto anno electionis consecratur. Qui fratres dispares habitu uolens reducere ad unitatem mandauit, ut uel formam Viburgensis¹⁹⁾ ecclesiæ sub regulari conuersione uel sæcularium canonicorum Hildensemensium²⁰⁾ concorditer²¹⁾ sectarentur, sed plurima pars iuuenum ad sæcularia pronior sæculi uitam præelegit. Tunc per decanum electum census communes singulis diuiduntur ad uestitum. Episcopo autem uolente canonicare capellanum suum Vincentium fratres dissentientes in capitulo se pug-

1) Sybrand G, M. 2) Nicolaum G, M, *Navnet tilføjet V.* 3) Anstath V (*Andst*). 4) Elias V. 5) mansionem G, M. 6) Broderum V. 7) fecit V. 8) scilicet V. 9) Vicardum V. 10) Elias V. 11) hoc V. 12) priuelegiis V. 13) Vicardo V. 14) filium fecit archidiaconum proprium episcopus V. 15) Elia V. 16) Valdemari V. 17) consiliarius G, consiliarius *rettet til* cancellarius M, cancellarius *indføjet i Texten af Vedel V.* 18) a. D. 1152 *udelader V.* 19) Viburgensis V. 20) Hildense mensium G, M. 21) communiter V.

nis¹⁾ impie percusserunt dirupto superpelliceo²⁾ episcopi et magistro Bonifacio scholastico et canonico uerberato. Appellatum est ad metropolitanum Eskillum manente ecclesia interdicta a festo sancti Laurentii usque ad Cenam Domini. Lite sedata ius electionis fratribus confirmatur. Tunc habuit ecclesia decanum Menardum et duos archidiaconos scilicet Waltherum³⁾ et Radulphum⁴⁾. Tempore illo episcopus sancti Leofdani martyris ossa in scriniis posita collocat in altari absque auctoritate⁵⁾ papæ et archiepiscopi. Sed incendium parum⁶⁾ post subsequutum ecclesiam destruxit et martyris ossa incinerauit. Post hoc⁷⁾ episcopus clanculo per Stephanum archiepiscopum Sueciæ fratres de apostasia⁸⁾ coram Alexandro tertio pontifice Romano⁹⁾ accusauit literasque recepit quatinus¹⁰⁾ ad regulam professionis suæ constringerentur. Tenor est iste: Alexander episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis Ripensis ecclesiæ canonicis salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram peruenit, quod cum uos habitum regularem professi secundum beati Augustini regulam uiuere elegissetis, suggerente humani generis inimico ad uomitum postea remeastis nec professionem præmissam¹¹⁾ in modico . . .¹²⁾ unde, quoniam nemo mittens manum ad aratrum et respiciens retro ydoneus¹³⁾ regno Dei uideatur, uniuersitati uestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus¹⁴⁾ ad commonitionem¹⁵⁾ et mandatum uenerabilis¹⁶⁾ fratris nostri Radulphi, episcopi uestri, susceptæ professionis habitum reseruatis¹⁷⁾ et secundum beati Augustini regulam, sicut promisistis, sub Domino militetis, episcopo iam dicto tam in hiis quam in aliis, quæ ad Deum sunt, debitam in omnibus obedientiam impen-

1) pugno V, se pugnis G, M. 2) superpellicio V. 3) Valtherum V. 4) Rodolphum V. 5) autoritate V. 6) primum G, M. 7) hæc G, M. 8) apostata V. 9) coram A. III pont. Rom. *udelader* V. 10) quatenus V. 11) promissam V. 12) *Lacune* G, M, V. 13) idoneus V. 14) quatenus V. 15) comminitionem V. 16) uenerandi V. 17) resu-
matis V.

datis et eum tanquam patrem et pastorem uestrum curetis humiliter reuereri. Nos enim eidem dedimus in mandatum¹⁾, ut uniuersos, qui ei in his contumaces extiterint et rebelles, omni contradictione et appellatione remota²⁾, uinculo excommunicationis constringat. Datum Beneuentis VI ydus Nouembris.

Istæ literæ legebantur in Ringstat coram omni multitudine in eleuatione beati Kanuti martyris, patris regis Waldemari. Sed quia episcopus non longe post obiit, de hiis et de³⁾ aliis nichil⁴⁾ amplius actum est. Episcopus hic sepultus est ante altare Crucis in medio pauimenti.

Post hunc⁵⁾ missis ad regem archidyacono Waltero⁶⁾ de choro, præposito de Syndbiargh⁷⁾ et præposito Tuki de Harthsyssæl⁸⁾ et datis CCC marchis obtenta est libera electio de tribus abbatibus scilicet de Vitæ schola, de Tuta ualle et de Heriuado⁹⁾. At *Stephanus*, abbas de Heriuado, præeligitur, quia natus fuit in episcopatu Ripensi parochia Brutistorph¹⁰⁾ et fuerat canonicus Ripensis, et quia fuit homo simplex et mansuetus. Anno ergo Domini MCLXXI consecratur. Qui fratres ad regulam monuit, sed nihil¹¹⁾ profecit, quia ecclesia cum claustro duplici incendio est uastata. Hic clericis curialibus et seruientibus in aula¹²⁾ præbendas interuentu dominorum petentibus obuiauit. Mortuus autem episcopus¹³⁾ sepultus est ad australem parietem ex opposito chori, ad cuius tumbam se sanatos aliqui asserebant.

Post hunc *Homerus*¹⁴⁾, episcopus Burglanensis, translatus est ad sedem Ripensem auctoritate¹⁵⁾ Lucii papæ anno Domini MCLXXXVI, qui¹⁶⁾ statum corrigens fratrum reduxit eos ad duodenarium¹⁷⁾, similem faciens numerum

1) mandatis G, M. 2) reuocata V. 3) de uelader V. 4) nih V. 5) hoc V. 6) Valthero V. 7) Syndbiarg V (*Sindbjærg, Nørvang Hrd.*). 8) Hartsyssel V (*Harsyssel*). 9) Hariuado V (*Cistercienserklostrene Vitskøl, Tvis og Herisvad*). 10) Brutistorp V (*Brørup, Malt Hrd.*). 11) non V. 12) et seruientibus in aula uelader V. 13) archiepiscopus G, M. 14) Omerus V. 15) auctoritate V. 16) ille V. 17) duodenariam V.

præbendarum, statuitque, ut 12 sæculares canonici de¹⁾ adhuc indiscretis²⁾ bonis claustro tenerentur, et quod nullus ibi canonicaretur nisi in præbenda uacante. Tunc præbendæ distributæ sunt nobilibus extrauagantibus. Episcopus autem decorauit ecclesiam calice aureo, thuribulo argenteo, peluibus et ampullis³⁾ argenteis et bibliotheca per sex⁴⁾ uolumina digesta et pro 60 marchis⁵⁾ comparata. Ecclesiam quoque de Hellæwath⁶⁾ usui canonicorum alligauit et dedit marcham⁷⁾ auri ad summum altare deaurandum. Et de theloneo salis unam præbendam instituit. Jura regalia prius amissa ad ecclesiam reuocauit. Tunc mortuo Waltero⁸⁾ pro⁹⁾ archidyacono substitutus est Tuuo. Episcopus mortuus sepultus est Løghum.

Omero successit¹⁰⁾ notarius regis Waldemari secundi *Olauus*¹¹⁾ nomine anno Domini MCCIII¹²⁾. Hic dedit ecclesiæ librum omeliarum et crucifixum de dente ceti et bona episcopalia augmentauit. Exegit tertiam partem decimarum nobilibus sibi pretio adunatis et consentientibus¹³⁾, sed plebs restitit uolens eos lapidare. Hic acquisiuit possessionem in Høm¹⁴⁾ pro lignis focalibus. Hic sepultus est in Løghum¹⁵⁾. Cui successit archidyaconus *Tuuo* anno Domini MCCXV. Hic primus de capitulo fuit electus, sed rege inuito. Antiquitus omnes electiones erant apud regem, et episcopi sequebantur regem¹⁶⁾ in expeditionibus sub expensis propriis. Tuuo episcopus fecit archidyaconum Laghi, per quem primo facta est diuisio mansionum canonicorum episcopo dissimulante, et coeperunt canonici ædificare cellulas in girum ecclesiæ et uiuere more Parisiensis ecclesiæ, quam diuisionem episcopus tertio anno confirmauit et statuit, ut canonicus absens uicarium poneret sacer-

1) de udelader G, M, tilføjes af Vedel, hvor Copisten har ladet aabent Rum V. 2) indiuisis V. 3) ampullis V. 4) per sedes et G, M, per sex indføjet V. 5) marcis V. 6) Hellevad, Rangstrup Hrd. 7) marcham V. 8) Valthero V. 9) primo V. 10) succedit V. 11) Olaus V. 12) 1203 V. 13) et consentientibus udelader V. 14) Hyron (overstregel), Høyn V, Høm G, M. 15) Løgum V. 16) ipsum V.

dotem nihil¹⁾ de bonis communibus residentium percepturus. Hic duas novas præbendas instituit assignans eis ecclesias de Tunder²⁾ et de Balghum³⁾ et mansionem in Lundæwra⁴⁾ et prata in Byarghum⁵⁾. Dedit et quinque paria capparum egregiarum ecclesiæ⁶⁾. Coegit ex mandato papæ⁷⁾ sacerdotes ab uxoribus separari et sacerdotibus appellantiibus ad concilium generale⁸⁾ missus est Gregorius dyaconus cardinalis legatus in Daciam anno Domini MCCXXII. Qui peragratis episcopatibus rediens Sleswich circa festum omnium sanctorum in synodo generali episcoporum Daniæ statuit⁹⁾, ut proles sacerdotis non perciperet hæreditatem. Quod tamen non est obseruatum, quia propinqui sacerdotum noluerunt exhæredare cognatos suos. Eodem anno episcopus Tuuo pro conuersione Estonum in Reualia¹⁰⁾ hiemauit; sequenti anno post multa pericula, relicta urbe Kanuto filio regis et duci Estoniæ, reuersus est cum multis ibi peregrinantibus ad conuersionem paganorum. Sed rege capto cum filio in Liythø¹¹⁾ per Henricum comitem Suerinensem¹²⁾ Reualia capitur a Theutonicis Rigensibus. Et comites¹³⁾ ac ciuitates Sclauiæ et Holsatiæ a dominio¹⁴⁾ Daciæ recesserunt. Captus est rex Waldemarus cum filio suo Waldemaro 2. Nonas Maji in lecto circa noctis medium et tenti in uinculis quasi per quadriennium et redempti¹⁵⁾ sunt pro sexaginta millibus marcharum¹⁶⁾ argenti ponderis¹⁷⁾ Lubicensis¹⁸⁾ præstito iuramento a regibus et aliis, quod nunquam repeterent terras amissas; sed absolutio de hoc sacramento a papa Honorio III fuit impetrata. Et Dani obsidentes Regwaldburgh¹⁹⁾ magnam cladem habuerunt. Item anno Domini MCCXXVIII per

1) nil V. 2) Tønder. 3) Ballum i Tønder Amt. 4) Lunde-
wraa ved Tønder. 5) Bjerrum ved Ribe. 6) in Lunde wraa et
prata (dette Ord overstreget) paria capparum egregiarum ecclesiæ V.
7) ex mandato papæ udelader V. 8) ad concilium generale udelader V.
9) in synodo generali episcoporum et constituit V. 10) Riualia V.
11) Lychø V. 12) Suerin V. 13) comite V. 14) domino V.
15) redempti V. 16) marcarum V. 17) ponderis V. 18) Lube-
censis V. 19) Regwaldburg V.

proditionem Thedmarciorum¹⁾ assumptorum²⁾ in exercitu Dani post incendia uillarum scilicet Ethesho³⁾ etc., ubi rex pro reparatione ecclesiæ sancti Laurentii dedit XXX marchas, per principes Theutoniæ⁴⁾ in die beatæ Mariæ Magdalenæ trucidati sunt uel⁵⁾ captiuati rege tamen cum paucis saluato. Tunc captus est episcopus Tuuo et redemptus⁶⁾ pro septingentis marchis⁷⁾ argenti puri. Sepultus est in choro Ripensi sub paruo lapide, in quo nomen eius inscriptum est⁸⁾.

1) Ditmersiorum V. 2) assumptorum V. 3) Etheshow V. (*Itzeho*).
4) Teutoniæ V. 5) l V. 6) redemptus V. 7) marcis V. 8) Sepultus est *udelader* V.